

Bobrowniki, 18 grudnia 1418

Wojewoda gniewkowski [recte inowrocławski] i starosta dobrzyński Janusz [Kościelecki ze Skępego] zwraca się do sędziego chełmińskiego Janusza z Legendorfu, swego szwagra, w odpowiedzi na jego list. Wyraża satysfakcję, że adresat okazał radość z jego sukcesów, a zwłaszcza z mianowania na urząd starosty dobrzyńskiego. Cieszy się także z sukcesów adresata. Z otrzymanego pisma [dowiaduje się], że król Władysław [Jagiello] skierował do rycerstwa i miast pomorskich listy, w których odpowiedzialnością za niepowodzenie rokowań podczas zjazdu w Wielonie, gdzie wspomniany monarcha i wielki książę litewski Witold [Kiejstutowicz] zamierzali doprowadzić do ustanowienia trwałego pokoju z zakonem krzyżackim obciążył wielkiego mistrza zakonu krzyżackiego Michała Kuchmeistera i stronę pruską. Wystawca stwierdza, że nie był obecny na wspomnianym zjeździe. Z listu adresata oraz dołączonych do niego kopii pism wielkiego mistrza wynika, że ten zamierza dążyć do pokoju, jednak przeciwdziałają temu liczne przeszkody. Wystawca wie, że i król i wielki książę są chętni do zawarcia pokoju, jednak stałą ochotę i dążenie do jego zawarcia muszą okazywać także wielki mistrz i jego doradcy. Ze swojej strony oświadcza, że wraz ze swoimi przyjaciółmi będzie poszukiwał wszelkich dróg i sposobów, aby doprowadzić do zawarcia trwałego pokoju, co sugerował mu listownie [Janusz z Legendorfu]. Zachęca także adresata, aby czynił to samo [w Prusach].

Oryg.: GSPK, XX. HA, OBA, nr 2846, pap., lac., wym. 298 × 322 mm, zabrudzenia, zaplamienia i niewielkie ubytki, dolna krawędź pozadzierana, in dorso ślad po zamykającej list pieczęci wystawcy w zielonym wosku (wosk przez papier) o śr. ok. 27 mm (zapewne chodzi tu o pieczęć herbową Jana Kościeleckiego ze Skępego o tej samej średnicy, zob. DokumentyMelno, s. 35), kustodii i papierowego paska zabezpieczającego pieczęć brak, in dorso nowożytna notatka o dacie rocznej i treści listu w języku lac.

Wyd.: CDL, s. 216–218; Toeppen, Bd. 1, s. 327, 328.

Reg.: RHD 1/1, nr 2846.

Uw.: List jest odpowiedzią na znany tylko z kop. i pozbawiony datacji list Janusza z Legendorfu do wystawcy (RHD 1/1, nr 2843).

Adres [in dorso]: ^aValido et strenuo militi, domino ^bJanussio heredi | de Legendorf¹, judici terre Chelmensis, generi et ami|co nostro carissimo.

^cSalutatione amicabili cum omnimoda complacencia et cum optamine omnis boni nunc et semper admissis! Valide et | strennue gener et amice noster carissime! Ex scriptis litterarum vestrarum dedicimus, quomodo animus vester de prosperis nostris hylaratur et ex eo quia capitaneus sumus factus terre Dobrinensis. | Amice dilecte! Scitote, quia talia vobis bene credimus, prout et nos de successibus vestris prosperis similiter gauderemus. Ceterum, amice carissime, nobis scribitis, qualiter serenissimus princeps dominus Wladislaus, Dei gracia rex Polonie etc., dominus noster graciosus, litteras suas ad pociores strennuos atque nobiles terrigenas et ad omnes civitates terre Pomeranie transtulisset² contra magnificum et venerabilem dominum Michaellem alias Kuchmester magistrum generalem de Prussia³ suumque Ordinem Ordinis [s] Beate Marie Virginis de Domo Theutunica querulando, quod cum eo et fratre ipsius, illustrissimo principe domino Allexandro alias Vytowdo, magno duce Lithwanie etc.⁴, domino nobis graciosus, in convencione hac, que in Weluna celebrabatur⁵, ad unionem pacis perpetue noluerunt devenire. Cum idem magnificus et venerabilis dominus Michael magister generalis iuxta tenorem litterarum vestrarum et copie in eisdem incluse se exponebat ad pacem perpetue consequendam et optinendam, ex quorum oppositionibus non sentitis bonum finem. Amice carissime! Sciveritis, quia in convencione huiusmodi non

eramus, nec scimus, quis sit ordo et posicio dicte convencionis et de litteris querimonii ad partes vestras missis hucusque nescivimus. Insuper, amice carissime, scribitis nobis motu proprio, ut si aliquam viam et modum ad inveniendum concordiam et unionem inter serenissimos principes, dominos, regem Polonie, Allexandrum magnum ducem Lithwannie, fratrem ipsius, nostros dominos graciosos, et inter magistrum et Ordinem predictos scire et invenire possumus, mediante qua et mo[do^d] [...s^e] in auxilium nostris amicis, dominos regem et magnum ducem ad concordiam et ad unionem pacis [...emus^f]. Amice carissime! Scire velitis, quia multas vias et diversos modos scire et invenire possumus, quibus dominos regem et ducem magnum ex astritonantis clemencia ad unionem et concordiam cum consilio est subsidio nostrorum amicorum faciliter induceremus, si ad eandem concordiam et ad unionem pacis magister et Ordo, vestri domini, pie et commutime [s]^g acclinentur, ipsas concordiam et unionem humiliter inquirendo. Nam multis et crebris vicibus a domino rege et domino duce, nostris dominis graciosis, interim, cum circa ipsos presens eramus, audivimus, quod pie et multum libenter toto cum cordis desiderio cum magistro et Ordine ad omnimodam concordiam et ad unionem pacis perpetue vellent devenire, nisi equitas a magistro et Ordine ipsis obviaret. Super qua quidem concordia et unione pacis, ut intelleximus ex vestris litteris, velletis nostris cum amicis studiose ac summa cum diligentia vos interponere et laborare, (ad noticiam magistri talia deducere volentes^h), ut adhuc ad bonum finem ex ambabus partibus deveniremus, quod nobis ab amicitia vestra grate placet audire. Igitur, amice carissime, ad inveniendum huiusmodi concordiam et ad unionem pacis vos disponatis cum amicis nostris, quos habere potestis in partibus vestris, querentes consilia salubria et vias oportunas, quibus possemus comportare talia, et dummodo per consilia vestra viam et modum inveneritis, nobis in litteris vestris patenter describendo transmittatis. Et nos similiter toto cum cordis desiderio volumus cum amicis nostris diligentissime laborare, querendo vias oportunas, quas meliores possumus invenire, quas dum invenerimus, vestre amicitie describendo curabimus intimare, quatenus per adinventionem ambarum parcium inter dominos nostros commune bonum et perpetuam pacem ordinatione possemus. Datum in castro Bobrowniky⁶ die dominico Memento anno Domini millesimo etc. decimo octavo.

ⁱJanussius palatinus Gneucouiensis et | capitaneus terre Dobrinensis⁷, vester dilectus amicus.

^a Inicjał wysokości ok. 3 wersów.

^b Inicjał wysokości ok. 2 wersów.

^c Inicjał wysokości ok. 7 wersów, wysunięty na lewy margines.

^d Ubytek, uzupełniony.

^e Ubytek, brakuje jednego lub dwóch wyrazów.

^f Ubytek, brakuje początku wyrazu.

^g Tak oryg., może zamiast continue lub comitive.

^h Dopisane na prawym marginesie ze znakiem wstawienia.

ⁱ Inicjał wysokości ok. 3 wersów.

¹ Janusz z Legendorfu (Mgowa) w ziemi chełmińskiej, h. Stango, rycerz pasowany, sędzia ziemski chełmiński 1414–1441, dyplomata w służbie Zakonu, wielokrotny uczestnik polsko-krzyżackich zjazdów dyplomatycznych, od 1432 członek czteroosobowej tajnej rady przy wielkim mistrzu Pawle von Rusdorfie, negocjator pokoju brzeskiego, przywódca rycerstwa chełmińskiego, jeden z założycieli Związku Pruskiego 1440, szwagier (mąż siostry) wojewody inowrocławskiego Janusza Kościeleckiego ze Skępego (T. Borawska, Legendorf (Logendorf) Janusz (Hannus) h. Stango, w: Słownik biograficzny Pomorza Nadwiślańskiego, t. 3, red. Z. Nowak, Gdańsk 1997, s. 41–42; Szweda Organizacja, s. 171, 206, 258, 308, 383, 384, 387–389, 392, 395, 403, 405–407, 409, 410, 412).

² Zob. nr 66.

³ *Michał Kūchmeister von Sternberg, wójt Nowej Marchii 1410, wielki marszałek 1411–1414, wielki mistrz 1414–1422, komtur gniewski 1422, zm. 1423* (W. Nöbel, *Michael Kūchmeister. Hochmeister des Deutschen Ordens 1414–1422*, Marburg 1969; *Hochmeister*, s. 119–121; *Jähmig*, s. 290, 292, 303, 318; *Heckmann*, s. 152, 210, 396, 405, 555).

⁴ *Witold Kiejstutowicz, syn księcia trockiego i wielkiego księcia litewskiego Kiejstuta, książę grodzieński, brzeski, suraski, drohiczynski, wołkowyski, kamieniecki, 1392–1401 namiestnik króla Władysława Jagiełły na Litwie 1392–1401, potem wielki książę litewski, zm. 1430* (J. Nikodem, *Witolda wielki książę litewski (1354 lub 1355 – 27 października 1430*, Kraków 2013, tam zebrana starsza literatura przedmiotu).

⁵ *Wielona* (lit. *Veliuona*), obecnie niewielkie miasto na Niemnem, w rejonie jurborskim na Litwie, chodzi tu o zjazd króla, wielkiego księcia i wielkiego mistrza oraz ich doradców, który odbył się w dniach 13–22 października 1418 (*SzwedaOrganizacja*, s. 388, 389).

⁶ *Bobrowniki*, wieś, dawniej miasto, gmina loco, powiat lipnowski, woj. kujawsko-pomorskie.

⁷ *Janusz Kościelecki ze Skępego i Radzików h. Ogon, kasztelan dobrzyński 1400–1405* (mianowany przez krzyżaków władających wówczas ziemią dobrzyńską w charakterze zastawu), wojewoda inowrocławski 1412–1426, starosta dobrzyński (bobrownicki) 1418–1421 (*UKD*, s. 91, 163, 209, 235, 261, 295, 305; S. Szybkowski, *Kujawska szlachta urzędnicza w późnym średniowieczu [1370–1501]*, Gdańsk 2006, s. 577, 578; *idem*, S. Szybkowski, *Kościeleccy ze Skępego herbu Ogon i ich protoplaści. Studium z dziejów późnośredniowiecznej rodziny możnowładczej*, Gdańsk 2018, s. 87–162).